UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXCIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

dici cōcordes ad effectum tollēdi appellationē, & ſic corrigendi ius cōe per prædicta, alioquin ſequeretur, quòd in correctoriis mens tacita, & ſubaudita ſufficeret contra illud, quod uoluit gloſa ſingularis in c. cupientes. in uerbo petere, & in uerbo priuatos de elect. cum qua doctores cōmuniter pertranſeunt, & facit tex. in l. unica. C. de inofficio. dotibus.

64 ¶ Præterea † qñ lex canonica ſeu ciuilis eſt fundata in aliqua ratione deſcendente à iure diuino, uel à dictamine rōnis naturalis, qualis eſt lex, quæ appellationē induxit per ſuperius dicta, tunc ad tollendū legem illam, eique derogandū non ſufficit cauſam iuſtā tacitè ineſſe, ſed requiritur, quòd cauſa iuſta fuerit expreſſa uerbis ſpecialibus, ut not. uoluit Abb. in repetitione. c. per tuas. col. 13. extra de arbit. & refert, ac ſequitur Felin. in c. ad audientiā. col. 5. de reſcrip. in caſu, ergo noſtro ad hoc, ut remediū appellationis dicatur ex regulis Rotæ prohibitū, neceſſe eſt, concordiā omnium Auditorū apparere per uerba ſpecialiter expreſſa, nec ſufficeret tacitè ex mēte ipſorum de cōcordia conſtare. Poſſem ſuper hoc articulo latius me extendere, ſed cum ſuper eo alius excellentiſſimus do. Aduocatus doctè, & plenè ſcripſerit, his ſum contentus. Et hæc in præſenti cōſultatione quo ad dubitationes ſupra in ea propoſitas iuris eſſe exiſtimaui. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Creditor, cui ſolutio in certo loco, & certa die fieri debebat quomodo in mora ita conſtitui dicatur, ut periculum pecuniæ ſit ipſius creditoris, & non debitoris, & num. 28.*

2 *Debitor, qui certo tempore, & loco ſoluere tenetur, quomodo moram euitare, & in ea creditorem conſtituere poſſit, & numero 28. 29. & 30.*

3 *Debitor etiam ante moram, perempta ſpecie debita, ſeu genere ſubalterno, liberatur, & num. 17.*

4 *Creditor quare teneatur de periculo pecuniæ traiectitiæ ante, quā ad locum peruenerit.*

5 *Mercatores boni ſemper pecuniam ſolutioni paratam ad omnem uoluntatem creditorum habere cenſentur.*

6 *Mercator pecuniam ſcholaris penes ſe habens an, et quando ex per emptione, & combuſtione bonorum ſuorum dicatur liberatus, & periculum ſit ſcholaris, & quando ſecus.*

7 *Pecunia alicuius apud mercatorem magnum, legalem, & non ſolitum pecunias ſub mutuo recipere exiſtēs cenſetur eſſe ex cauſa depoſiti, & quando hoc uerum ſit num. 38.*

8 *Pecuniæ periculum ad dantem, & creditorem, & non ad debitorē recipientem ſpectat, quando datur cum dominij translatione, ut ex ea recipiens negotietur, & lucrum pro certa parte danti, & pro alia parte ipſi recipienti conſequatur, & num. 41. & 43. ubi hoc declaratur.*

9 *Debitor quantitatis deponens pecuniam debitam cum libera poteſtate data creditori recipiendi eam ad eius beneplacitum liberatur, & pecuniæ periculum ad creditorem ſpectat.*

10 *Cōtractus quis ſit, quādo quis pecuniam ſub cambijs recipit in alio loco ſoluendam, adijciens in literis cambij hoc, uel ſimilia uerba per ualuta di eſſi, & num. 37.*

11 *Venditionis contractus in dubio celebratus intelligitur, quando fit mentio de pretio, etiam ſi ex pacto res, ſeu ſpecies ex altera parte daretur.*

12 *Pretij, & ualoris periculum ad emptorem debitorem ſpectat, donec non fuerit per ipſum ſolutum, uel congruo loco, & tempore oblatum, & uoluntate uenditionis penes aliquem depoſitum.*

13 *Idem, ſi nullo exiſtente in mora, emptor elegerit, penes quem pretium deponat ad effectum ſoluendi illud debitori.*

14 *Cambij, & recambij contractus eſt contractus innominatus, & quis ſit, & num. 44.*

15 *Et eſt in ſe licitus, & quare, & nu. 46.*

16 *Mercator ex cauſa cambij certam pecuniam in certo loco ſoluere debens dicitur debitor generis generaliſſimi, & ex periculo, caſuque fortuito circa bona, & res ipſius contingente non liberatur, etiam ſi perdidiſſet omnem pecuniam, quam in illo loco habebat paratam ad ſoluendum illis, quibus ſoluere tenebatur.*

17 *Traiectitiæ pecuniæ periculum eſt creditoris ante, quàm ad [illegible] perueniat, & quare.*

18 *Pecunia data mercatori, ut illam ſoluat in alio loco, ſi caſu fortuito pereat, cuius periculo pereat.*

19 *In contractu innominato do, ut des periculum, & perempt[illegible] etiam ante moram ad quem ſpectet.*

20 *L. naturalis. §. ſed ſi cyphum. ff. de preſcrip. uerbis declar[illegible] cum l. fin. ff. de condic. ob cau. concordatur.*

21 *De periculo ſimpliciter quando quis teneri dicatur, & an [illegible] de caſu fortuito teneatur.*

22 *Debitor generis generaliſſimi propter caſum fortuitum, & periculum peremptionis non liberatur.*

23 *Debitor pecuniæ quando debitor generis ſubaltern[illegible] debitor generis ſubalterni quando perēptione illius [illegible]*

24 *Debitor ſpeciei peremptione illius liberatur.*

25 *Debitor pecuniæ quando interitu, & peremptione illius libera[tur], & quando non, nu. ſeq. & nu. 27.*

26 *Debitor certæ quantitatis pecuniæ in certa moneta, & poſtea [illegible] probata, atque prohibita, æſtimationem illius in alia mone[ta ſol]uere tenetur.*

28 *Periculum interitus pecuniæ debita ad hoc ut creditorem ſpe[ctet] quid requiratur.*

29 *Debitor quando, & quomodo per oblationem factam con[ſtituat] creditorem in mora, & ipſe interitu rei liberetur, & quando ſecus.*

30 *Dies certa ſolutioni appoſita debitorem, & non creditorem in mora conſtituit, & quomodo debitor moram illam euitare poſſit.*

31 *Etiam quando ſolutio certa die in alio loco fieri debebat.*

32 *Quid ſi debitor, & creditor ſint diuerſi fori.*

33 *Oblatio à debitore facta creditori non poteſt creditorem in mora conſtituere, niſi à die, quo oblatio facta ad creditoris noti[tiam] peruenit, & num. 48.*

34 *Mercator, cui ab alio mercatore, qui pecunias ad cābium recepi[t], mandatum eſt, ut ſoluat in alio loco, non obligatur ad ſoluendum, nec cogi poteſt, niſi mandatum acceptauerit, & illum, cui ſolutio erat facienda, creditorem creauerit, & num. 48.*

35 *Nec antea creditorem, cui ſolutio erat facienda, poteſt in mora conſtituere, quàm creditor ſciuerit illum mandatum ſuſcepiſſe, & hac de cauſa ipſum creditorem creaſſe, & nu. 48.*

36 *Mutui potius, quàm depoſiti contractus in dubio cenſetur celebratus, quando dantur res ſui natura mutuabiles: & idem in eodem genere debet reſtitui.*

37 *Pecunia quando data eſt mercatori ad cambium cum aliquo certo lucro, non dicitur contractus mutui, uel depoſiti, ſed innominatus cambii, & recambii.*

39 *Depoſitarius quando de periculo, & caſu fortuito teneatur etiam ante moram teneri poſſit, & quando non.*

40 *Venditor rei conſiſtentis in genere, ut in pondere, numero, uel menſura dare, & dominium transferre tenetur, & tradendo [illegible] non liberatur.*

41 *L. Titius. ff. de præſcrip. uer. declaratur, & num. 43.*

42 *Debitor quantitatis in genere actione in teſtamēto, perempta quantitate caſu fortuito, non liberatur.*

44 *Litera cambii ad quid fiat creditori, & an illum facere ſit obligatione.*

45 *De contractibus quare, & ad quid ſcripturę, & inſtrumenta [illegible]*

46 *Mercatori datum pro remiſſione pecuniæ facienda non ut lucrum, ſed ut merces dicitur datum.*

47 *Creditor ex contractu cambij non lucrari, ſed damnum euitare dicitur, & ſecurus ſit, quòd abſque periculo pecunia, [illegible] deſtinato ſoluatur.*

EPITOME.

Debitor ex contractu, ſeu literis cambii in certa pecuniarum quantitate in certo loco ſoluenda quod non liberetur ob rerum, & bonorum ſuorum dep[illegible] pulationem in illo loco à militibus factam, & om[ne] periculum, ac dānum, caſusque omnis fortuitus [illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ta bona, & res ipſius debitoris contingens ad eum
ſpecie †, hic demonſtratur.

CONSILIVM CXCIIII.

IN præſenti cauſa uidetur prima facie con-
cludẽdum eſſe de iure, ꝙ illi de Coſpis de-
bitores liberati ſint ob rerum, & bonorum
ſuorum depopulationem factam in urbe
[...]ibus Imperatoris, primo qa † ex quo certa die,
[...]t 25. Aprilis tenebantur Romæ ſoluere illis
[...], ac ſociis, ut ex literis productis apparet, & ip
[...]ſta non fuerint die ſolutioni deſtinata in urbe
[...] ipſiſq; oblatio pecuniẹ debitæ facta fuerit per
[...] de Coſpis offerentes ſe paratos ad omnem illo-
rum uoluntatem ſoluere pecuniam debitam, ex hoc
ſequitur, ipſi de Teſta creditores in mora conſtitu-
ti [...] quia dies interpellat pro homine. l. tra
[...] de act. & oblig. not. in l. ſi ex legati cauſa. ff.
[...] oblig. & l. magnam. C. de contrahen. & com-
[...] ſtipul. & ideò cum ſolutio in certo loco, & certa
die fieri debuerint, creditores debuerũt comparere,
& ad locum deſtinatæ ſolutionis die ſtatuta uenire,
alioquin dicuntur in mora conſtituti, ut eſt tex. ibiq;
doct. communiter in l. item illa. ff. de conſtit. pec. tum
quia per oblationem à debitore creditori cõgruo lo-
co & tempore factam creditor dicitur ita in mora cõ
ſtitui, ſi probetur, pecuniam oblatam fuiſſe poſtea
caſu fortuito peremptam, non debitoris, ſed credito
ris periculum, etiam ſi debitor prius in mora fuiſ-
ſet. l. qui decem. & l. ſi ſoluturus. ff. de ſolut. & facit ad
3 propoſitum id, quod uoluit Bar. in d. l. item illa, † vbi
ad euitandum moram debitoris, qui certo tempore,
& loco ſoluere tenetur, ſatis eſt, ꝙ ipſe tempore ſolu-
tionis, & in loco deſtinatæ ſolutionis præſens fuerit,
& coram duobus teſtibus obtulerit ſe paratum ſolue
re pecuniam debitam creditori, ſi præſens eſſet, hoc
enim modo debitor moram euitat, & in ea creditorem
conſtituit, ut ibi per Bar. per illum tex. ſed in caſu nr̃o
illi de Coſpis obtulerunt ſe paratos ſolutioni, ut ex li-
[...] apparet, ergo illos de Teſta in mora conſtituiſſe
dicuntur, quamuis in terminis noſtris quo ad illos in
mora conſtituendum non eſſet neceſſaria oblatio, cũ
elapſu temporis ſolutioni præfixi ipſi iam eſſent in
mora conſtituti, ex quo tempore ſolutionis non fue-
runt præſentes in loco deſtinatæ ſolutionis, prout ad
euitandam moram eſſe debebant. arg. not. per Bar. in
d. l. item illa. & quia dies interpellat pro homine, ut di
ctum eſt. Quibus ſtantibus, ſequitur, ꝙ periculum per
ditionis pecuniæ oblatæ ſpectat ad creditorem, non
autem ad debitorem, quamuis eſſet debitor generis,
& quantitatis, quæ aliàs perire non poteſt. l. incendiũ.
C. ſi cer. pet. l. in ratione. §. diligenter. ff. ad l. falc. l. 2. &
fi. C. de naut. fœn. cum ſimil. quia ubicunq; creditor
fuit in mora conſtitutus, & accipere denegauit, peri-
culum pecuniæ debitæ ad eum ſpectat. d. l. qui decẽ.
& d. l. ſi ſoluturus. cũ ſimil. Et hoc mõ limitatur regu-
la d. l. ſi incendium. ut ibi per doct. oẽs maximè Sal. &
in l. quod te. ff. ſi cer. peta. & in l. ſi ex legati cauſa. ff. de
uerb. oblig. & ratio eſſe põt, quia poſt oblationẽ pecu
niæ debitæ factam creditori debitor, qui poſt oblatio
nem pecuniam ſolutioni paratam habuit, dicit̃ effectus
debitor quodammodo certæ ſpeciei, ut ſaltem gene-
ris ſubalterni, hoc eſt illius pecuniæ oblatæ, & ſolutio
ni paratæ. argu. d. l. qui decem. in prin. & d. l. ſi ſolutu-
3 rus. & ideo eius interitu dicitur liberari, quia † perem
pta ſpecie debita, ſeu perempto genere ſubalterno ẽt
ante moram debitor liberatur. l. in naue. ff. loca. & d.
4 l. in ratione. §. incertæ. Et † hæc eſt ratio, quare credi-
tor de periculo pecuniæ traiectitiæ tenetur ante, quã
ad locũ peruenerit. iuxta l. 1. C. de naut. fœn. cũ ſimil.

ut refert Bar, & cæteri omnes ſequuntur in d. l. quod
te. & hoc mõ etiam limitatur d. l. incẽdium. ut ibi per
Sal. & oẽs. & habetur per docto. in d. l. quod te. in d. l. ſi
ex legati cauſa. & probatur in d. l. qui decem. At in ca
ſu noſtro illi de Coſpis obtulerunt pecuniam, itẽ ha-
buerũt ſemper pecuniam ſolutioni paratam, ex quo
5 iam dies ſolutionis uenerat, † quo caſu ipſi de Coſpis,
qui ſunt optimi mercatores, & campſores, cẽſentur,
& dicuntur ſemper pecuniam ſolutioni paratam ha-
buiſſe ad omnem illorum de Teſta uolũtatem, prout
eſt de ſtylo bonorum mercatorum, de quo ſtylo con-
ſtat, & hr̃ per Sali. optimè ad propoſitum loquẽtẽ in
d. l. incendium. in ult. col. ergo, probato interitu pecu
niæ, & bonorum illorum de Coſpis, ipſi liberati dici
6 debent. ¶ Secundo nobis optimè inſeruit † deciſio Sa
li. in d. l. incendium. in ult. col. qui poſt Cyn. ponit quę
ſtionem, ſi ſcholaris penes mercatorem, ſeu campſo
rem habeat pecuniã, & bona mercatoris fuerint perẽ
pta, & combuſta, an mercator ex hoc ſit liberatus, &
ſic periculũ ſit ſcholaris creditoris: in qua ipſe ibi latè
diſtinguit, an pecunia eſſet penes mercatorẽ ex cau-
ſa mutui, & tunc non liberatur. d. l. incendium. aut ex
cauſa depoſiti, & tunc liberatus dicitur, & periculum
eſt ipſius ſcholaris, nã ex quo pecunia eſt penes mer-
catorem, ſeu campſorẽ ex cauſa depoſiti, qui ſemper
ex communi ſtylo mercatorum, & campſorum pecu
niam ſolutioni paratam habere præſumitur. arg. l. pe.
C. depoſi. ea cenſetur tanquam ſpecies debita. argu. l.
Lucius. la 2. ff. depoſit. & ideò periculum ipſius credi-
toris deponentis eſſe debet. l. fi. C. depoſi. & l. 1. §. ſepe.
cum ibi not. arguendo à ſpeciali. ff. eo. titu. depoſi. aut
dubitatur, ex qua cauſa pecunia ſcholaris fuerit pe-
nes mercatorem, & tunc ex qualitate, & conditione
perſonarum iudicatur modo mutuum, mõ depoſitũ.
7 Nã † ſi erat mercator legalis, & magnus, qui pecunias
mutuo recipere ſolitus non eſſet, immò ipſi ſic acci-
pere dedecus eſſet, tunc iudicatur, pecuniam fuiſſe
apud eum ex cauſa depoſiti, attento ſtylo, & attenta
conſuetudine ipſius mercatoris, prout attendi, & ſer-
uari debet. arg. l. uel uniuerſorum, aliàs incipit Iulia-
nus. ff. de pigno. act. l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de
ędil. edic. nec requiritur, ꝙ talis cõſuetudo fuerit diu-
turno tempore præſcripta, aut ſecundum illam iudi-
catum, prout requiritur ad inducendam conſuetudi-
nẽ, quę habet uim legis, & pro lege ſeruatur, ut colli-
git̃ ex iis, quę uoluit Bar. in l. ſemper in ſtipulatiõibus.
ff. de reg. iur. facit tex. cum ibi not. in c. conſultationi-
bus. de iure pat. & habetur per Ant. de But. in c. fin. de
conſue. & per Alex. in conſil. 107. col. 5. uol. 2. Sed illi
de Coſpis ſũt optimi mercatores, nec ſoliti pecunias
mutuo accipere, ergo in dubio debent in caſu noſtro
dici has pecunias ex cauſa depoſiti habuiſſe, & ideò il
larum periculũ ad ipſos creditores, & non ad debito-
res ſpectare debuit. d. l. fi. & per Sal. in d. l. incendium.
col. ult. cum ſimil. ¶ Tertio ad fauorem illorũ de Co
8 ſpis facit tex. not. in l. Titius. ff. de pręſcrip. uer. † ubi ſi
quis ex contractu innominato debitor ſit certę quan
titatis pecunię, ut quia ſibi data fuerit pecunia, eiuſq;
dominium in ſe ipſum tranſlatum, ut ex illa pecunia
negotietur, & lucrũ pro certa parte danti, & pro alia
parte recipienti conſequatur, & contingat pecuniã il
lam caſu fortuito perire, debitor liberatur, quamuis
eſſet debitor gñis, & quantitatis, & periculum ad cre-
ditorẽ ſpectat. Et per illum text. limitatur id, quod hr̃
in d. l. incendiũ, & ſecundũ Pau. de Caſt. ibi ille eſt tex.
ſingulariſſimus, & unuſquiſq; interrogatus contra-
rium reſpondiſſet. Et Bart. Paul. de Caſt. & alij in d. l. ſi
9 ſoluturus. per illum tex. dicunt, ꝙ † ſi debitor quantita
tis pecuniam debitam deponat cum libera poteſtate
creditori data recipiendi quandocunque uelit, & ad
eius

eius beneplacitum, ipſe dicitur liberari, & periculum
circa pecuniam cõtingens ad creditorem ſpectat: ſed
ſi in caſu noſtro dicamus hunc fuiſſe cõtractum inno
minatum, vt multi tenent, ille debebit regulari ſecun
dum naturam cõtractus nominati, cui magis aſſimi-
latur. l. naturalis. §. pe. cum ibi not. ff. de præſcri. uer. &
l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſ. & propterea ſi illum aſſi
milemus contractui depoſiti attenta cõſuetudine, &
communi obſeruãtia mercatorũ iuxta ea, quæ ſupra
ſunt dicta, dicendum erit ipſos de Coſpis de hmõi ca
ſu fortuito non teneri, & propter peremptionem pe-
cuniæ eſſe liberatos, qm̃ ſic contingit in contractu de
poſiti, vt per Sal. in d. l. incendium. cum ſimil. ſupra al
leg. Idem dicendum eſt, ſi illum ęquiparemus contra
ctui mãdati. d. l. Titius. ſecundum unũ intellectũ gl. l.
naturalis. §. ſed ſi facio. cum gl. ff. de præſcr. ver. iuncta
l. à procuratore. cũ ibi not. C. mand. ſi verò dicamus,
illum eſſe ſimilem contractui ſocietatis, ſimiliter di-
cendum erit, periculũ pecuniæ eſſe ipſius creditoris.
d. l. Titius. ſm intellectum Pau. de Caſt. ibi, & Alex. in
d. l. ſi ex legati cauſa. in fina. ver. ¶ Sed tamen his om-
nibus non obſtantibus, concludo ad fauorem illorũ
de Teſta contra illos de Coſpis, ꝙ non obſtante caſu,
qui in vrbe contigit, ipſi de Coſpis teneantur, & obli-
gati ſint ad ſolutionẽ quantitatis pecuniæ, de qua ha-
betur in literis illorum de Coſpis, quæ penes ipſos de
10 Teſta repeiuntur. Nam conſidero, ꝙ † aut iſte contra
ctus fuit cõtractus emptionis, & venditionis, tãquam
fuerit venditus vſus pecuniæ, ſeu certa ſpecies pecu-
niæ pro alia ſpecie pecuniæ in alio loco ſoluenda, ve-
luti declarat Gaſpar Cald. in conſ. 106. incip. in q. ver-
tente. col. 2. qui dicit, poſſe dici contractum venditio-
nis certæ pecunię pro alia certa pecunia in alio loco
recipienda, conſtat. n. ꝙ una pecunia propter curſum
pluris valet in vno loco, quàm ipſa eadem eiuſdẽ pon
deris, & formæ in alio loco: & facit id, quod voluit gl.
in c. 1. 14. q. 3. & Laur. de Rodul. in tract. de vſur. in 2.
part. in q. 26. & hoc demonſtratur ex iis, quæ in literis
cambij continentur, in quibus dicitur per valuta di eſ
11 ſi, hoc eſt pro pretio ipſorum, & † vbicunq; fit mentio
de pretio, in dubio intelligitur celebratus contractus
vẽditionis, ẽt ſi actum eſſet, ꝙ daretur res, ſeu ſpecies
ex altera parte, ad tradita per Pau. de Caſ. & Mod. in l.
2. in fi. prin. ff. ſi cer. pet. & per Alex. in l. fi. ff. de condi.
ob cau. & ex hoc ſequitur, ꝙ illi de Coſpis, qui ſunt de
bitores illorum de Teſta certæ quantitatis pecuniæ ꝑ
valuta, hoc eſt pro pretio illius pecuniæ receptæ in ci
uitate Lugduni, adhuc dicuntur ad ſolutionem quan
12 titatis debitæ obligati, & † non ſunt liberati hoc peri-
culum, quod in vrbe Romana contigit, quia illud pe
riculum, ſeu ille caſus fortuitus ad ipſos, & non ad cre
ditores ſpectauit, cum. n. illi de Coſpis fuerint debito
res pretij, & valoris, omne periculum circa pretium
eueniẽs debet ad eos ſpectare, donec illud ſoluerint,
quoniam cum emptor, qui tenetur ad pretium, tenea
tur ad genus, quod perire non poteſt. d. l. in ratione.
§. diligenter. & d. l. incendium. ipſe non liberatur, niſi
pretium ſoluerit, & illius dominium in venditorem
tranſtulerit, vt probatur in l. ex empto. §. 1. ff. de act.
emp. vel niſi emptor ipſi venditori pretium congruo
loco, & tempore obtulerit, & penes aliquem de volũ
13 tate venditoris depoſuerit: nam † ſi nullo exiſtente in
mora, emptor elegerit, penes quẽ pretium deponi de
beat ad effectũ, ut illud venditori ſoluatur, & pereat,
periculũ eſt emptoris, vt eſt tex. in d. l. ſi ſoluturus. in
fin. nec repugnat naturæ contractus emptionis, ꝙ ex
vtraq; parte veniat dare, qm̃ venditum eſſet aliquid in
genere conſiſtens, videlicet in pondere, numero, vel
menſura, qm̃ illud potius contingit ex natura rei, quã
ex natura contractus, ut hr̃ per Paul. de Caſt. & Alex.

in d. l. fi. ff. de cond. ob cau. & per Bar. & Alex. in l.
14 fi. prin. ff. ſi cer. pet. Aut volumus dicere, † ꝙ hic con-
tractus innominatus, qui dicitur contractus cambij,
prout verius eſſe arbitror, & doct. magis cõiter ſentire
videntur, vt per Ioan. Cald. in c. nauiganti. de vſur. &
Bal. in rub. C. de conſt. pec. in prin. in l. 2. C. de re-
iudi. & ubiq; per Alex. in apoſtil. per Salic. in Auth.
hęc. q. 11. C. de vſur. & per Bal. in c. 1. de controuerſ. in-
ueſtit. in vſib. feud. qui dicit, ꝙ cambiũ eſt contractus
innominatus, & dicitur quædam permutatio, ſeu qua-
libet commutatio, nam permutatio eſt proprie ſpe-
ciei ad ſpeciem, cambium autẽ eſt generis ad genus,
ſeu ſpeciei ad genus. & facit l. 1. ff. de rerum permut. ibiq;
15 Alex. in addit. ad Bar. qui hoc voluit. Et ſic contra-
ctum cambij, & recambij ſolitũ inter mercatores fie-
ri eſſe contractum innominatum do, ut des, & ita
citum, vult, & concludit Gaſpar Cald. in d. conſ.
incip. in q. vertente, ubi ponit hæc verba: item quia
ctus contractus appellatur cambij & recambij, po-
dici, ꝙ eſt contractus præſcriptis verbis, & inno-
tus do, ut des, quem conſtat non eſſe de ſe vſu-
facit, quod voluit gloſſ. in ſumma, & in c. 1. 14.
16 † tunc ad mercatorem debitorem, qui certam pe-
niam ſoluere in vrbe tenebatur, ex quo ad certã quan-
titatem, & ſic ad genus generaliſſimum tenebatur,
periculum, & damnum omne, ac omnis caſus for-
tus circa bona, & res ipſius contingens ſpectat, et
ſi probaretur, ipſum mercatorem perdidiſſe omnem
ſuam pecuniam, quam in vrbe habebat paratã ad ſol-
uendum illis, quibus ſoluere tenebatur, genus enim
generaliſſimum, cuius ipſe fuit debitor, perire non po-
teſt, quia genus non eſt quid materiale, ſed quoddam
intellectuale, quod perire non poteſt. d. l. incendium.
ibiq; Bald. & Sal. d. l. in ratione. la 2. §. diligenter. cum
§. ſeq. ff. ad l. falc. ¶ Secundo adduco l. 2. C. de nautico
17 fœn. qui tex. non loquitur de pecunia traiectitia, ſed
cuius natura periculum eſt creditoris ex quadam ta-
cita conuentione. iuxta l. periculi. l. 1. & per tot. ff. de
nauti. fęno. & per Sal. in d. l. incendium. Et ratio eſt ſe-
cundum Bart. quem cæteri ſequuntur in d. l. quod te.
quia traiectitia pecunia ante, quàm ad locum perue-
niat, cenſetur tanquam ſpecies, vel ſaltem tanquam
genus ſubalternum, quod perire poteſt, & eius interi-
tu debitor liberatur, iuxta d. l. ſi ex legati cauſa. cũ ibi
18 not. & l. in naue. ff. locati. cum ſimil. Sed † ille tex. in d.
l. 2. loquitur de pecunia, quæ mercatori datur, vt illã
ſoluat in alio loco, puta in urbe ſacra, ut inquit ille
text. & ſic loqui uidetur in terminis noſtris, & tamen
preſupponit, ꝙ pecunia caſu fortuito pereat periculo
debitoris, & non creditoris, quoniam ipſe erat debi-
tor generis, quod perire non poteſt. d. l. incendium. &
19 doct. poſt gl. in d. l. 2. ¶ Tertio facit, † nam ex quo
mus in contractu innominato do, ut des, quis da-
ni periculo, & perẽptione rei tenetur, nec libera-
donec pro parte ſua dederit, & adimpleuerit, ita
datũ fuit, & ſic pro parte alterius cõtractus fuit adim-
pletus, ẽt ſi eſſet danda ſpecies, quoniam de natura cõ-
tractus innominati do, ut des, eſt, ꝙ periculum rei ad
dominum ſpectet, donec contractũ pro parte ſua ad-
impleuerit, etiam ſi res ante morã perierit, ut ult. tex.
not. in l. fi. ff. de cond. ob cau. ſm intellectum uerio-
rem, magiſq; communem, quem gl. ibi ſequitur. Nec
aduerſatur l. naturalis. §. ſed ſi cyphum. ff. de præſcri.
20 uer. quia, † ut dicit ibi glo. in ver. periculo. in fi. uer. ille
tex. potius concordat, uidelicet, ꝙ rei periculum in ef-
fectu ad debitorem, & dare debentẽ ſpectet, quamuis
prima facie uideatur innuere, ꝙ res ſit periculo credi-
toris, quod eſt intelligendũ quoad effectũ conſequen-
di rem iam peremptam, ut ipſe nequeat agere, ut ſi-
bi detur res, ex quo eſt perempta, ſed bene poteſt agere

rei

re, ut ſibi reſtituatur id, quod pro adimplemẽto con-
tractus dederat:& ſic in effectu periculum,& damnũ
fuit ipſius debitoris. Vel dici põt, ꝙ periculũ interi-
tus rei, & ſpeciei ẽt ante moram ſpectet ad debitorẽ,
& dare debentẽ in contractu innominato do, ut des,
ut in d.l.fi.ubi re perempta ille,qui pro parte ſua con-
tractũ adimpleuit,agit conditione ob cauſam,ut ſibi
reſtituatur id,quod prius pro adimplemento contra-
ctus dederat,& ratio eſt,vt dicit ille tex.quia ideò tibi
dedi,ut Stichum mihi dares.Si autem res culpa leuiſ
ſima creditoris eſſet penes debitorem perempta, tũc
periret periculo ipſius creditoris, & ita debet intelli-
gi d.l.naturalis. §.ſed ſi cyphũ. ibi periculo meo Sti-
chus erit, hoc eſt præcedente culpa mea ſaltẽ leuiſſi-
ma,quia talis culpa facit me de caſu, & periculo tene
21 ri. aliud.n. eſt dicere, ꝙ res ſit periculo meo,aliud,
ꝙ caſus fortuitus rei ad me ſpectet: nã primo caſu
loquitur de periculo ſimpliciter, & res ſimpliciter eſt
periculo meo, quãdo culpa mea ſaltẽ leuiſſima præ-
ceſſit,ut declarat Bar. per illũ tex. in l.rogaſti.in prin.
& in l.ſi quis nec cauſam.ff. ſi cer. pe.& Alex. ac Soci.
in d.l.ſi quis nec cauſam.in gl.in uer.periculo dicunt,
quòd uerbum periculũ per ſe & ſimpliciter prolatum nõ
importat, ꝙ quis de caſu fortuito teneatur. l. opus,
& ibi in fine.cũ ibi not.ff.loca.& not.per gl.magnã
in l.ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cau.ſed in d.§.ſed
ſi cyphum dicitur ſimpliciter, ꝙ Stichus eſt periculo
meo. ergo non infertur, ꝙ caſus fortuitus ad me cre-
ditorem ſpectet, ſed ſolũ ꝙ rei periculum ſit meũ, ſi
præcedat mea culpa leuiſſima,quia appellatione peri
culi caſus fortuitus nõ continetur:& ſic in effectu ille
tex. concordat cũ d.l.fi.ff.de condi. ob cau. ¶Quarto
22 † uiri illi de Coſpis dicuntur eſſe debitores generis ge
neraliſſimi,& tunc propter caſum fortuitum,& peri-
culum peremptionis nõ debent dici liberati,quia ge
nus perire nõ poteſt, ex quo eſt quid intellectuale.d.
l.incendium.ibiq; docto.& in d.l.2.C.de naut.fœno.
23 cũ ſimil. aut † ſunt effecti debitores generis ſubalter
ni propter oblationẽ ab eis factam, poſito, ſed nõ cõ
ceſſo oblationem fuiſſe legitimè cõgruo loco, & tpe
facta, & taliter, ꝙ ex ea illi de Teſta in mora cõſtituti
dicantur,iuxta d.l.ſi ſoluturus.d.l.qui decem.in prin.
& habetur in d.l.quod te.& ex eo,quod ipſi de Coſpis
ſemper à die deſtinatæ ſolutionis pecuniã ſolutioni
paratam habuerint,& tũc quamuis perempto genere
ſubalterno debitor dicatur liberari.d.l.in naue.d.l. in
naue,la 2.§.incertæ. tñ hoc eſt uerum,qñ probare-
tur, ꝙ totum genus ſubalternum eſſet peremptũ,atq;
conſumptum. tũc.n. idẽ eſſet in genere ſubalterno, qđ eſt
24 in ſpecie debita, † cuius peremptione debitor libera
tur.d.l.ſi ex legati cauſa.ff.de uer.obl.ut volunt Alex. &
alij in d.l.qđ te.in 3.& 4.col. & Salic.in d.l. incẽdium.
25 Et † dixit Soci.in d.l.quod te. in 3.col. ꝙ quando pecu
nia debita fuit per debitorem creditori oblata, & ſic
creditor fuit in mora cõſtitutus, iuxta d.l.qui decẽ. &
d.l.ſi ſoluturus.cũ ſimil.tũc per interitũ,& peremptio
nem pecuniæ debitor liberatur, qñ probaretur,ꝙ illa
met pecunia,quæ fuit oblata,fuiſſet perempta,& hoc
modo debet intelligi tex. in d.l.qui decẽ.in prin.cum
26 ſimil. Præterea † qñ totum genus ſubalternũ perit quo-
ad æſtimationẽ, ſed non quoad materiã, debitor nõ libera-
tur, ſed ad ſolutionẽ materiæ tenetur,ut qñ quis eſſet
debitor certæ quãtitatis certæ monetæ,quę poſtea eſ-
ſet reprobata,atq; prohibita,quãuis.n.debitor ſit libe
ratus ab obligatione ſoluẽdi monetam illã,tñ æſtima
tionẽ eius in alia moneta ſoluere tenet̃, cũ pecunia
quoad materiã non ſit perempta, ut uolũt Bar. Alex.
& communiter alij in d.l.quod te.Sed in caſu noſtro nõ
conſtat, neq; fuit probatũ, ꝙ totũ genus ſubalternũ eſ-
ſet peremptũ,hoc eſt ꝙ tota pecunia illorũ de Coſpis,
quã Romæ habebãt, fuerit pempta, & amiſſa,& dato
illã fuiſſe peremptã, tñ non fuit probatũ, ꝙ pecunia,
quã Bononiæ,& alibi habebãt,fuerit perẽpta,& ſic to
tum genus ſubalternũ pecuniæ perẽptum nõ fuit, ꝗa
pecunia,quæ erat in urbe,& pecunia,quæ erat Bono-
niæ,erat de eodẽ genere,cũ vnum tantũ eſſet nomen
ſocietatis,& una,eademq; eſſet ſocietas, veluti cõſtat
ex cõfeſſione illorum de Coſpis.Itẽ nõ apparet,neq;
probatũ fuit, ꝙ illamet pecunia, q̃ fuit oblata,& illa,
quã ipſi paratã ſolutioni habebãt,fuerit perdita,& pe
rẽpta,prout neceſſe erat probare ad hoc, ut ipſi dice-
rentur liberati , & periculũ interitus ad creditores de
Teſta ſpectaret. arg.d.l.qui decẽ.d.l. ſi ſoluturus.& d.
l.in naue.ergo ſequitur ex his, ꝙ dicti de Coſpis debi
tores liberati dici nõ poſſunt . Rurſus q̃uis tota pecu-
nia exiſtens & in vrbe, & Bononiæ fuiſſet deperdita ,
27 tñ † ex quo nõ fuit deperdita ante morã creditoris,ꝗa
ante , quàm oblatio pecuniæ facta ab illis de Coſpis
ad notitiã illorũ de Teſta creditorũ perueniret , iam
euenerat caſus in vrbe,& ſic caſus peremptionis ante
morã creditoris euenit,periculũ debet ad ipſos debi-
tores ſpectare.d.l. qui decẽ. & d.l.ſi ſoluturus. cũ ſi.&
fatẽtur oẽs in d.l.qđ te.ĩn d.l.incẽdium.& d.l. ſi ex le-
28 gati cauſa. Præterea † nõ uidetur ſufficere ad hoc, ut
periculũ interitus ad creditorẽ ſpectet, ꝙ debitor ſim
pliciter pecuniã ſolutioni paratã habeat,niſi ẽt credi-
tor fuerit in mora cõſtitutus , ut quia illi facta fuerit
oblatio,& ipſe acceptare denegauerit, ut dicit tex.in
d.l.qui decẽ. & in d.l.ſi ſoluturus.cũ aliis, & eſt de mẽ
te omniũ ſcriben.in d.l.quod te.in d.l. ſi ex legati cau
ſa . in d.l. incendiũ. in d.l. qui decem. & in aliis locis
præallega.qui uolũt, ꝙ ad hoc,ut debitor generis libe
retur , & periculũ caſus fortuiti ad creditorẽ ſpectet,
requiratur, ꝙ creditor fuerit in mora cõſtitutus, ut ꝑ
oblationẽ pecuniæ congruo loco, & tempore ſibi fa-
ctam,quam ipſe acceptare denegauerit:ex hoc igitur
ſolũ, ꝙ debitor habeat pecuniã ſolutioni paratã, cre-
ditor nõ conſtituitur in mora acceptãdi,ſed requirit̃,
quòd illi fuerit oblata,& ipſe acceptare denegauerit.
l.lucius, la 2. depoſiti. vbi debitor per literas ſuas de-
nunciauit creditori penes ſe habere pecuniã ſolutio-
ni paratã ad omnem ipſius uoluntatem,& tamen cre
ditor propter hoc nõ dicitur in mora cõſtitutus,quia
huiuſmodi literæ denunciationis cenſentur potius fa
ctæ ad cõtrahendũ,ſeu probandũ debitũ,quàm ad cõ
ſtituendũ creditorẽ in mora, ut ibi, & arg.l.publia.ff.
depoſi. & ꝙ nõ ſufficiat debitorẽ habere pecuniã ſo-
lutioni paratã ad hoc,ut creditor ĩ mora cõſtituatur ,
ſed neceſſaria ſit oblatio facta creditori,quã ipſe acce
ptare denegauerit , eſt tex. in terminis , ibiq; Paul.de
Caſ.in d.l.ſi ſoluturus.& l.qui Romę.in prin.ff.de ver.
obl. Quod ẽt ſuadetur,nã aliàs ſequeretur, ꝙ ſi alicui
optimo mercatori, ſeu cãpſori fuiſſet pecunia mutua
ta, ſemper periculũ eſſet ipſius creditoris , cũ optimi
mercatores dicãtur, & præſumãtur ſemper pecunias
ſolutioni paratas habere , ut eſt gl. in l. 4.§.melior.in
ver.facilior.ff.de in diẽ adiec.& habetur per Sali.in d.
l.incẽdium.in vlt.col.qđ tamẽ eſt falſum.& ꝯ d.l. incẽ
diũ.ibiq; Sali.Accedat ad hæc, ꝙ aut volumus dicere,
ꝙ in caſu noſtro obligatio inter illos de Coſpis , & il-
los de Teſta fuerit cõtracta à tpe datæ literarũ , & tũc
nõ põt dici illa pecunia,quã dicti de Coſpis habebãt,
parata ſolutioni reſpũ illorũ de Teſta , ut ſic potuerit
ipſis de Teſta ꝑiudicari in caſu, quo pecunia caſu for-
tuito eſſet perẽpta,cũ ipſi ignorauerint, & veriſimili-
ter ignorare potuerint,an pecunia eſſet ſolutioni pa-
rata reſpectu ipſorũ , cũ nondũ tpe , quo vrbs Romæ
fuit à Barbaris depopulata,literæ illis de Teſta fuiſſẽt
redditæ,nec ad eorũ notitiã ꝑuenerint: quo fit,ut illa
pecunia quoad illos de Teſta nõ potuerit dici fuiſſe pa

rata ſolutioni, & ꝯñr eis p̃iudicaſſe, arg. l. ſi putator.
in fi. ff. ad leg. aquil. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. ff.
manda. & ꝯñr ex hoc nõ potuit ipſis de Teſta p̃iudica
ri, quia facti ignorantia nõ nocet. l. 2. l. error. & l. regu
la. ff. de iuris, & fac. igno. aut volumus dicere, ꝙ obli-
gatio fuerit ꝯcta tẽpore receptionis literarũ, & ſic eo
tẽpore, quo literæ illis de Teſta redditæ fuerũt, prout
uerius eſſe arbitror, & vt colligitur ex ijs, q̃ uoluit Sa-
li. poſt Bal. in l. ſi pro debito. C. ex qui. cau. in poſ. ea. &
p Bar. Pau. de Caſt. & alios in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet.
& tũc iſtud, ꝙ pecunia fuerit parata ſolutioni, illis de
Teſta p̃iudicare non potuit, ex quo ante obligationẽ
ꝯctã pecunia iã fuerat caſu fortuito perempta. Præte-
29 rea † ſi debitor creditori pecuniã debitã obtulit, & ſic
pecuniã ſolutioni paratã, & deſtinatã habuit, nõ libe-
rat̃ propter interitũ illius pecuniæ, qñ oblatio taliter
facta fuit, ꝙ ex ea creditor nõ fuerit in mora conſtitu
tus, ut quia facta fuerit non cõgruo loco, & tẽpore. l.
creditor. cum glo. & l. ſi ſoluturus. ff. de ſolu. & not. in
d. l. qui decẽ. Sed in caſu noſtro per oblationẽ factam
à debitore, propter quã debitor dicitur pecuniam ſo-
lutioni paratã habuiſſe, creditor non eſt conſtitutus
in mora, qm̃ illa ante interitum, & perẽptionẽ rerũ,
& pecuniæ ad notitiam creditoris nondum peruene-
rat, ergo creditor non poteſt dici cõſtitutus in mora
recipiendi ante caſum contingentem, prout de iure
neceſſariũ erat ad hoc, ut creditor de periculo, & ca-
ſu fortuito teneretur, ut in d. l. qui decem. cum ſi. Ad
hoc enim, ut creditor per oblationẽ à debitore factã
in mora conſtituatur, requiritur, ꝙ ipſe oblationẽ fa-
ctã non acceptauerit, quinimmò tacitè, uel expreſsè
acceptare denegauerit, illamq; reiecerit, ut eſt caſus
clarus in d. l. qui decẽ. & in d. l. ſi ſoluturus. Mora ergo
eſt illa, ut uolunt oĩa iura, & atteſtantur oẽs Docto. in
locis proximè allega. & in d. l. quod te. in d. l. incẽdiũ.
& in d. l. ſi ex legati cauſa. q̃ facit, & operatur, ꝙ credi
tor de periculo, & de interitu pecuniæ, & quantitatis
debitæ teneatur, nõ aũt ſimplex oblatio, neq; hoc, ꝙ
debitor pecuniã ſolutioni paratã, & deſtinatã ſimpli-
citer habuerit: & ad propoſit facitũ ẽt id, quod uoluit
Sali. in d. l. incendiũ. col. 2. dicens, ꝙ ſi creditor fuerit
in mora, quia ſibi fuerit oblata pecunia cõgruo loco,
& tẽpore, ac ẽt conſignata, & depoſita, iuxta quæ ha-
bentur in l. acceptã. C. de uſur. cum ſi. (quo caſu pecu
nia ſic oblata, & cõſignata cenſetur eſſe tanquam ſpe
cies, ſeu tãquã genus ſubalternũ. d. l. ſi ſoluturus. & Sa
lic. in d. l. incẽdiũ) deinde creditor morã purgauerit,
& poſtea illa pecunia, q̃ erat cõſignata, perierit, non
creditoris, ſed debitoris periculo dr̃ perire, nam ſatis
eſt, ꝙ creditor tẽpore interitus, & periculi non fuerit
in mora, ut ibi, & hr̃ in d. l. ſi ſoluturus. Sed in caſu no-
ſtro creditor non põt dici fuiſſe in mora tẽpore, quo
caſus ille in urbe euenit, ergo non debet de periculo
teneri, nec caſus fortuitus ad eũ ſpectare debet, quã-
uis uerũ eſſet, ꝙ debitor habuiſſet pecuniã ſolutioni
paratã, & deſtinatã, & ſic illa ẽt fuiſſet tãquã ſpecies:
& poſito ẽt, ꝙ probaretur, & conſtaret pecuniam illã
paratã, ac deſtinatã ſolutioni fuiſſe caſu illo fortuito
perẽptã, & extinctã per p̃dicta, quod tñ minimè pro-
batũ fuit. Itẽ poſito, ſed non conceſſo, ꝙ ẽt conſtaret,
pecuniã fuiſſe perẽptã, & ſic genus illud ſubalternũ,
tñ adhuc debitor non poſſet dici liberatus, ex quo re-
manſit nomẽ, & pecunia debitoris Bononiæ exiſtẽs,
& ſic ſolũ pars generis ſubalterni perijt, quo caſu de-
bitor nõ liberatur, ut ſupra dictũ fuit. ¶ Supereſt mo-
do, ut adductis in ꝯriũ reſpõdeatur, quibus licet ſatis
ex p̃dictis de rñſione conſtare dici poſſet, tñ clarius,
& ſpecialius rñdendo, dico non obſtare primũ funda
mentum ſ. ex oppoſito factũ, quia rñdeo in primis, ꝙ
30 † qñ dies certa eſt ſolutioni appoſita, quo caſu in du-
bio fauore, & gratia debitoris cenſetur adiecta. l. q
romæ. in prin. ff. de verb. obli. per euentũ diei non c
ditor, ſed debitor in mora cõſtituit̃, quia dies interp
lat debitorẽ, & non creditorẽ: & ita propriè loqu
l. traiectitię. ff. de act. & obl. & l. magnam. cum ſi. C.
contrah. & cõmit. ſtipu. niſi debitor ſe oſtendat in lo
co, & offerat ſe paratũ die ſolutionis ſoluere credito
ri, uel alij, q eius noĩe reciperet, ut in terminis uoluit
Bar. ĩ d. l. itẽ illa. col. 3. in verſ. aut uolo me exonerare.
Præterea ſi dies interpellat pro homine, hoc eſt pro
creditore, ut in dictis iuribus. & habetur in d. l. ſi ex le-
gati cauſa. ſicut interpellatio hoĩs, hoc eſt creditoris
debitorẽ, & non creditorẽ in mora cõſtituit. l. ſi ex
legati cauſa, ita & dies, & eius euentus ſolutionis
& non creditorẽ in mora cõſtituiſſet, niſi facta p
bitorẽ oblatione, ut ſupra. & ut declarat Bar. in d. l.
31 illa. in d. ver. aut volo me exonerare. Quod procedit
ẽt in caſu, quo ſolutio fieri debebat certa die i alio lo
co, ut in ciuitate Florẽtiæ, ſeu Romæ, nã ad hoc, ut
euentũ diei creditor dicatur in mora conſtitutus, r
quiritur, ꝙ debitor in termino ſe oſtẽdat in illo loco
& offerat ſe paratũ ſoluere, ut uoluit Alex. ĩ termi
huius noſtræ q. in addit. ad Bar. in d. l. itẽ illa. col. 3. v
ſic. quero pone, ꝙ ſolutio fieri debebat in ciuitate Flo
32 rentiæ, & † Sali. ibi in verſ. ſi verò ſunt diuerſi fori. c
ca fi. dicit, ꝙ qñ ſunt diuerſi fori, debitor ad euitand
morã non tenetur ire domũ creditoris, & ſe illi offe
re, ſed creditor ipſe tenet̃ domũ debitoris ire ad hoc,
ut ipſum debitorẽ in mora conſtituat: ſi aũt non ie-
rit, non dicit, ex hoc creditorẽ in mora conſtitui, niſi
debitor ſe obtulerit paratũ ſoluere, ut in d. l. itẽ illa. &
arg. l. forma. §. ſi uerò. ff. de cenſi. At in caſu noſtro nõ
cõſtat, neq; probatũ fuit, ꝙ debitor die 25. April. qua
vt aſſeritur, ſolutio fieri debebat, obtulerit ſe in urbe
eſſe paratũ ſoluere, ſed fecit oblationẽ poſt diem de-
ſtinatæ ſolutionis, & poſt euentũ caſus fortuiti, nã, ut
aſſerit̃, ſolutio fieri debebat die 25. Aprilis, caſus for-
tuitus euenit die 6. Maij. & oblatio debitoris, q ipſe
eſſet paratus ſoluere, facta fuit die 27. Aprilis, & ad no
33 titiã creditoris peruenit die 9. Maij, † quæ dies notitiæ
debet eſſe in conſideratione, qm̃ nõ ſufficit debitorẽ
offerre, niſi creditor oblationẽ ſciuerit. d. l. qui decẽ.
& d. l. ſi ſoluturus. ergo ex p̃dictis infert̃, ꝙ per euentũ
diei ſolution is ſimpliciter creditor non dr̃ ita in mo-
ra cõſtitutus, ꝙ ex hoc teneatur de periculo, ſeu peri-
culũ interitus ad eum ſpectet. Præterea nõ fuit proba
tum, ꝙ illi de Coſpis tẽpore depopulationis, & caſus
pecuniã, quã in urbe habebãt, amiſerint, ut ſ. plenius
dixi. Vltimo reſpondeo, ꝙ illi de Teſta creditores nõ
cõuenerunt cũ illis de Coſpis debitoribus, q ſolutio
fieri ipſis deberet die 25. Aprilis: nã ſi ita eſſet, poſſet
fortè procedere dictũ primũ fundamentũ, & id, quod
voluit Bar. in d. l. itẽ illa. ſed illi de Gabrielibus, & de
Ragallis, qui cãbiũ receperunt, literas ad illos de Co
ſpis Romã tranſmiſerunt cũ mandato, q debe
ſoluere pecuniam die 25. Aprilis illis de Teſta, ut con
ſtat ex literis illorum de Coſpis ſub data diei
lis, in quibus ipſi denunciauerunt, & ſignificauerunt
illis de Teſta receptionẽ pecuniæ, & acceptationem
mandati ad ſoluendũ, quia ipſi de Coſpis fecerunt, &
crearũt debitores illos de Teſta de dicta pecuniæ quã
titate, quã eis ſoluere ad eorũ beneplacitum ſe offere
bãt, vt patet in dictis literis. Ex quibus infertur, ꝙ dies
25. Aprilis non fuit ſolutioni appoſita, nec deſtinata
ex cõuẽtione facta inter illos de Coſpis, & illos de Te
ſta. Itẽ infertur, ꝙ illi de Teſta nõ potuerunt certio
re, ꝙ illi de Coſpis tenerentur ſoluere die vigeſima
quinta Aprilis, & ꝙ ab illis de Gabrielibus, & de Ra
gallis pecuniã ipſis ſoluẽdã acceperint, niſi à die, q
ipſi de Coſpis p literas ſuas denunciauerunt, & ſigni
cauerunt

cauerunt illis de Teſta ſe recepiſſe pecunias, itē creaſ
ſe,& feciſſe illos de Teſta creditores, ac ſe paratos eſ-
ſe ſoluere,prout hæc oīa p̄ ſuas literas fecerunt. Nam
34 † mercator,ſeu cāpſor, qui deſtinatus eſt ſolutioni ab
eo, qui pecunias ad cābiū accepit, & ſic cui mandatū
eſt ab alio mercatore, ut ſoluat in ciuitate Venetia-
rū,uel Florētiæ, uel Romæ, nō obligaẽ, nec cogi pōt
ad ſoluendū,niſi ſuſceperit mandatū,& illū,cui ſolu-
tio erat facienda,creditorē creauerit, ut colligitur ex
his,quæ volunt Bart. & Doct.cōiter in d.l.ſingularia.ff.ſi
cer.pet.Bal.& Sal.in l.pro debito.maximè in vlt.q.C.
de bon.auc.iud.poſſid.& in l.fi.C.de noua. ergo ante
acceptionē mādati ad ſoluēdū nō fuit obligatus , nec
35 cogi potuit.Sed †in terminis noſtris illi de Teſta non
ſcientes nec,ex quo hoc ab aīo alterius depēdebat,
ſcire potuerunt,ꝙ illi de Coſpis acceptauerint māda
tū ſoluendo, & pecunias ſibi remiſſas receperint,
niſi poſt diē 22. Aprilis, videlicet die 9. Maij, qua die
ipſi literas illorū de Coſpis receperunt,& hæ literæ ci
tius ad eos p̄uenire nō potuerūt tum pp̄ locorū diſtā
tiā,tum ob imminēs itineris periculū pp̄ trāſitū exer-
cituum tunc Romā tēdentium.arg.l.continuus.§.cū
ita.cū ibi not.ff.de verb.obli.iuncta l.2.ff.ſi quis caut.
Itē imputandū eſt illis de Coſpis, qui per ſuos nūcios
literas tranſmiſerūt,ſi citius, & ante diē 9.Maij literæ
illis de Teſta redditæ non fuerunt, ergo illi de Teſta
nō potuerunt cōſtitui in mora recipiēdi, niſi poſt re-
ceptionē dictarū literarū , & ſic poſt dictā diē nonam
Maij,quo tēpore iam caſus ille in urbe euenerat. arg.
l.ſi filius.la 2.ff.ad maced.ubi receptio literarū atten-
ditur ad hoc,vt quis ex literis obligetur.¶Nō obſtat ſe-
cūdo id,qđ voluit Sali.in d.l.incēdiū.in vlt.col. dū po
nit quæſtionē de ſcholari habēte pecuniā penes cāp-
36 ſorē,ut ſupra, quia rn̄detur, ꝙ † in caſu noſtro potius
iudicādus eſt ꝯctus mutui,q̄ depoſiti, tum ex numera
tione pecuniæ, tū ex eo, quod actū fuit inter partes ,
ut nō idē in ſpecie,ſed tantundē in eodē genere debe
ret reſtitui, & quia pecunia eſt ſui natura mutuabilis
arg.eo,quæ habentur in l.2.ff.ſi cer.pet. & in dubio, qn̄
dantur res ſui natura mutuabiles, ut quia cōſiſtant in
pondere,numero,uel menſura,& idē in eodē genere
debet reſtitui, cenſetur potius celebratus ꝯctus mu-
tui,q̄ depoſiti,ut uoluit Bar. in d.l.2. in fi. princ. & ita
concludunt Doct.cōiter in l.cum quid.ff.ſi cer.pet.vt
ibi per Alex.& alios. Quo ſtante,ſequitur, ꝙ periculū
caſus fortuiti cōtingens etiā ante morā cuiuſq; dr̄ ad
debitorē ſpectare, quia genus perire non pōt, ut in d.
l.incendium.cū ſi.ubi hoc voluit ēt Salic. Præterea &
37 ſecundo † non poteſt ꝯctus depoſiti in caſu noſtro p̄-
ſumi celebratus,quia nō fuit data pecunia mercatori
ad cuſtodiendū,ſed ad cambiū cū aliquali,& certo lu
cro,quo caſu non pōt dici ꝯctus depoſiti, ut eſt tex.in
l.1.§.ſi ueſtimēta.cum ſeq.& ibi Doct. & gl.ff.depoſi.
& ꝗ̄r huiuſmodi ꝯctus debet iudicari potius ꝯctus
innominatus cābij,& recābij,q̄ mutui,uel depoſiti,vt
voluit Gaſpar Cald.in d. ſuo conſi. 106. & ſequuntur
Doct.ferè omnes legiſtæ,& canoniſtæ,vt latè dixi ſu-
pra,qui eſt ꝯctus do,ut des,ut ibi: uel poteſt dici con-
tractus emptionis, & uēditionis ſecundū Gaſp. Cald.
in d.conſi.& ſupra retuli.Non obſtat dictū Sali.in d.l.
incendiū.in ult.col.ꝙ attento ſtylo,& attenta cōi bo-
norum mercatorū obſeruantia nō eſt accipere pecuniā
ex cauſa mutui,ſed depoſiti,quia rn̄detur, ꝙ etiā cōis
ſtylus,& cōis obſeruantia optimorū mercatorum eſt
accipere pecuniam ad cambium,& recambiū cū cer-
to lucro,ueluti atteſtantur oēs Doct.tam legiſtę,q̄ ca
38 noniſtæ,ut patet ex ſupradictis.†Item tunc debet cē-
ſeri,& præſumi contractus depoſiti,qn̄ bonus merca
tor accepiſſet à ſcholari,ſeu ab alio pecuniam tenen-
dā,& cuſtodiendā abſq; ſpe alicuius lucri, & ita pro-
priè loquitur Sali.& procedunt allegata per eū,videli
cet d.l.lucius. la 2.cū ſeq.ff.depoſi. Sed in caſu noſtro
pecunia nō fuit à mercatore recepta tenēda,& cuſto-
dienda ſimpliciter, ſed ad cābiū cū certo lucro , ergo
alius dicitur ꝯctus celebratus , q̄ ꝯctus depoſiti. Vel
39 †poſito,ſed non conceſſo,ꝙ deberet dici,& præſumi
ꝯctus depoſiti,de cuius natura eſt, ut depoſitarius de
caſu fortuito non teneatur.d.l.fi. C.depoſi. & d.l.1.§.
ſæpe.eod.tit.tamen credo hoc uerum eſſe,qn̄ ſpecies
certa, uel quoddā genus ſubalternū fuiſſet datū ad cu
ſtodiendū,& ſic depoſitarius teneretur ad reſtituēdū
illud, quod perire poſſet, & ita loquuntur iura p̄alle-
gata.Sed qn̄ depoſitarius teneretur ad reſtituendū ge
nus generaliſſimū,ut quātitatē certā, cuius dominiū
fuiſſet in ipſum tranſlatū, de cuius natura eſt , ut non
poſſit perire.d.l.incendiū. & d.l.in ratione. la 2. cū ſi.
tunc fortè periculū caſus fortuiti ad ipſum debitorē ,
& depoſitariū ēt ante morā ſpectare deberet , & hoc
non ex natura ꝯctus, ſed ex natura rei,quæ in hoc ma
gis operatur. arg.eorū,quæ habētur per Bar. & Doct.
cōiter in d.l.2.in prin.circa fi. & ibi Alex.ff.ſi cer.pet.
& per Paul.de Caſt.Alex.& alios in d.l.fi. ff.de condi.
cau.dat.ubi uolunt,ꝙ licet de natura contractus em-
ptionis,& uenditionis ſit, ut res uendita tradatur, nō
autē detur, ut probatur in l.ex empto.ff.de act.empt.
40 &l.ſi ita ſtipulatus.ff.de uſur.cū ſi.tamen †ſi pro cer-
to pretio uendatur illud,quod conſiſtat in genere,vi
delicet in pondere,numero,uel mēſura,de cuius na-
tura eſt , ut detur, ut in d.l.2. tunc uenditor tradendo
rē non liberatur,ſed tenetur dare,& dominium tranſ
ferre,quia in hoc rei natura magis, q̄ natura ꝯctus at-
tenditur. & tex. in d.l.lucius. la 2. ubi depoſitarius ad
tantundem in eodē genere tenetur , non dicit, ꝙ de-
poſitarius liberetur,ſi pereat quātitas: ita in terminis
dicit Alex.in d.l.ſi ex legati cauſa.in fi.ver. cuius uer-
ba ſunt optimè ad propoſitū notāda,nā innuit, ꝙ de-
poſitarius,qui ad genus,& quantitatē teneretur, non
liberetur caſu fortuito,quia genus perire non poteſt.
¶Non obſtat tex.in d.l.titius. ff. de præſcript. uer. in-
ductus, ut ſupra, quia reſpondeo, ꝙ ex diuerſis nō eſt
41 bona illatio,iuribus vulgaribus, nam †ille tex.loquiẽ
in ꝯctu innominato do,ut facias,ut ex eo patet,& tra
ditur per Paul.de Caſt.Sali.& alios ibi.nos uerò loqui
mur in ꝯctu innominato cambij , qui dicitur contra-
ctus innominatus do,ut des,ueluti ſupra declaraui:q̄
ſpecies inter ſe differunt. l.naturalis. §. 1. cum ſeq.ff.
de præſcri.uer.& facit id,qđ uoluit Alex.in d.l.ſi ex le-
gati cauſa.in fin.ver.allegando tex. & illi reſponden-
do.in l.maritus.ff.loca.Vel ſecundo reſpondeo,ut di
cit Alexan.in d.l.ſi ex legati. ꝙ d.l.titius.ponit caſum
ſpecialiſſimū, per quē limitatur regula d. l.incendiū.
videlicet ꝙ debitor generis in illo caſu liberetur , pe-
rempta quātitate, quotieſcunq; data fuiſſet pecunia,
& illius dominium tranſlatum in recipientem, & da-
ta fuiſſet ad negotiandū cū pacto,ꝙ lucrum ex ea per-
cipiendū pro certa quantitate eſſet ipſi creditori dan
dum, nam acquiſitio illius certi lucri facit , ꝙ non ſit
mandatum,nec mutuum, nec ſocietas, ſed ꝯctus in-
nominatus do,ut facias, & periculū ad creditorē ſpe-
ctet:ita in terminis illi tex.reſpondet Alex. in d.l.ſi ex
legati cauſa.in fi.uer.& fuit declaratio Pauli de Caſtr.
in d.l.titius.Præterea in terminis.d.l.titius. ad hoc,ut
creditor de periculo pecuniæ teneretur,præſupponi-
tur pecunia perempta,& ſic iſtud fuit ibi probatū,qđ,
ut ſupra dixi , in caſu noſtro factū non fuit. ¶Nec ad-
uerſatur id,quod uoluit Rapha.in d.l.ſi ex legati cau-
ſa dicens,ꝙ in ꝯctibus bonæ fidei hoc cōtingit,ꝙ de-
bitor generis liberatur ante morā perempta quātita-
te in genere debita,cuius quantitatis occaſione tātū-
dē reddere tenebaẽ,& ita intelligit tex.in d.l.titius. &

limitat tex.in d.l.incendium, quia hæc opinio Raph.
non eſt uera per regulam d. l. incendium. item quia
42 †ſi quis ſit debitor quãtitatis in genere actione ex te-
ſtamento,& ex vltima voluntate (q̃ contractibus,ſeu
actionibus bonæ fidei æquiparatur.arg.l.in fideicom
miſſi.§.1. & glo.ibi in §.nonnunquam. ff.de uſur.l.in
minorũ.C.in quib.cau. ĩ integ.reſti.nõ eſt neceſ.Bar.
in l.centeſimis. §.ſi ita ſtipulatus. col.pen. ff.de verb.
obli.) is non liberaẽ,perempta quantitate caſu fortui
to,quia genus perire non põt.d.l.in rõne. la 2. §. dili-
genter.& §.incertæ.& ita ſequitur Alex.in d.l.ſi ex le-
gati cauſa.in fi.ver.ꝙ in hoc nulla ſit differentia inter
contractus bonæ fidei,& contractus ſtricti iuris. ¶Vl
timo nõ obſtat id,quod uolũt Bar. Pau.de Caſt.& alij
in d.l.ſi ſoluturus.ff.de ſolut. dicentes, ꝙ qñ pecunia
debita eſt oblata,& depoſita ad effectum, ut creditor
poſſit liberè illam qñcunque vult,& ad eius benepla-
citũ recipere, ex hoc debitor dicatur ipſo iure libera-
tus, & periculum illius pecuniæ ad creditorẽ ſpectet.
l.obſignatione. C.de ſolut. quia reſpondetur, ꝙ ſi in
terminis noſtris per debitorẽ facta fuiſſet oblatio, cõ
ſignatio,& depoſitio pecuniæ cũ libera poteſtate de-
bitori data de recipiendo illã,ut ſupra,& poſtea conti
giſſet caſus fortuitus,ob quẽ pecunia illa fuiſſet perẽ-
pta,periculũ vtiq; fuiſſet creditoris,& non debitoris,
qñ per talẽ oblationẽ,& cõſignationẽ debitor fuiſſet
ipſo iure liberatus perinde, ac ſi ſoluiſſet.d.l.obſigna
tione. itẽ qa illa pecunia ſic depoſita cenſereẽ, ut ſpe-
cies,uel vt genus ſubalternũ, vt ſupra dixi,& p̃ſuppo-
nit Sali.in d.l.incẽdiũ.col.2. & do.meus Sozi. ĩ d.l.qđ
te.ideò nil mirũ,ſi,ut ſupra ſæpius dictũ fuit,periculũ
perẽptionis ad creditorẽ pertinet. Sed in caſu noſtro
pecunia debita non fuit ante caſum oblata, nec cõſi-
gnata,ergo &c.Et ex his intrepidè dico ad fauorem il
lorum de Teſta pronunciandum fore. Laus Deo.

ADDITIO.

Excellentissime domine, ſuper dubiis motis in
cauſa illorũ de Teſta plura eſſent dicenda, ſed neceſ-
ſaria ſolũ perſtringã.Et vltra reſponſiones per me ſu-
pra datas ad tex.in l.titius.ff.de præſcrip.ver. quæ ſunt
expreſsè de mente Alex. in l. ſi ex legati cauſa. in fin.
verb.ff.de verb.oblig.à cuius dictis in iudicãdo nõ eſt
recedendũ,quia fuit Doctor ueritatis,dico,ꝙ caſus il
lius text.in d.l.titius eſt longè diuerſus à caſu noſtro,
& propterea ex eo non poſſumus ad caſum noſtrũ ar
guere.l.papinianus exuli.ff.de minor. l.inter ſtipulan
tem.§.ſacrã.verſ.ſed hæc diſſimilia.ff.de verb. obli. c.
2.de tranſla.pręla.c.per uenerabilẽ.qui fil.ſint legit.&
43 c.in præſentia.de proba.†Nã ibi data fuit pecunia de-
bitori,& illius dominium tranſlatũ cũ pacto principa
liter conuento, vt cum ea pecunia negotietur, & de
lucro inde facto certã quantitatẽ puta viginti ipſi cre
ditori dare teneretur, & ab inde ſupra lucrum, quod
fieri contingeret, ad debitorẽ ſpectaret, quod pactũ
operatur,ut periculũ amiſſionis pecuniæ ad credito-
rẽ ſpectet, quamuis debitor eſſet obligatus ad genus,
hoc eſt ad quãtitatem,ut ibi eſt tex.not.ubi ita decla-
rãt Paul.de Caſt.& Moder.in d.l.quod te.ff.ſi cer.pet.
quod pactũ an ſit licitũ,& permiſſum de iure canoni-
co,quod eſt in his attendendũ. arg.eorũ,quæ habenẽ
in c.1.de noui oper.nunc.& in c.quæ in eccleſiarũ.de
conſti.videtur,ꝙ non, quia ſuſceptio periculi ex par-
te creditoris nõ operatur, ꝙ quis ultra ſortẽ quicquã
poſſit recipere.c.nauiganti. ibiq; Abb. Ioan.Andr.&
alij, extra de vſuris. in caſu aũt noſtro hinc inde erat
dari in obligatione principaliter, nõ aũt factũ aliqđ,
niſi acceſſoriè,& in quãdã cõſequentiã, quia debitor
creditori literã cambij faciebat non principaliter pro
adimplemento ꝯctus innominati,ſed ad cautionẽ,&
44 probationem debiti. iuxta l. publia. ff.depoſi.nã fa-
cere literam cambij non dr̃ eſſe principaliter in obli-
gatione, ſed ea fit creditori, ut ipſe ſit cautus, & fa-
lius debitum probare poſſit.d.l.publia. iuncta l.in
ff.de fide inſtru.cum ibi not. vnde hoc reſpectu ꝯ
cambii non dr̃ contractus innominatus do,ut facias
& des,ſed ſimpliciter do,ut des,ut expreſsè uoluit Ga-
ſpar Calde. in conſilio per me ſuperius allegato cum
aliis,quæ ibi dixi,alioquin ſi reſpectu literæ cambij
fit creditori ad eius ſecuritatem, contractus cãbij di-
ceretur ex parte creditoris continere do,& facio,ſeq-
retur, ꝙ vbicunq; fieret contractus innominatus do,
ut des,& redigeretur in ſcriptis, quia de eo inſtrumẽ-
tũ publicũ fieret, prout hodie de oĩbus contractibus
inſtrumenta publica fiunt,nõ diceretẽ eſſe contractus
do,ut des ſimpliciter,ſed do,ut facias,& des,& facio,
quã fieret contractus innominatus do, ut des ſimpli-
citer, quoties de huiuſmodi contractu pro cautione
creditoris inſtrumentũ publicũ fieret:quod tñ eſt a-
45 ſurdum dictu,nam †inſtrumenta,& ſcripturæ de c
tractibus fiunt, non ut ex hoc contractus efficiant
terius ſubſtantiæ,ſed ut,quod actũ eſt,facilius per in-
ſtrumenta, & ſcripturas probari poſſit, ut eſt tex. cla-
rus in d.l.in re.in verſi.fiunt enim.ff.de fide inſtru.Pr
terea dicit Pau.de Caſt.in d.l.titius.col.1.& circa fi.q
ille tex.ponit caſum ſingulariſſimũ, dum vult, ꝙ pe-
cuniæ dominium ſit in debitorẽ tranſlatum,& tñ pe-
riculũ interitus illius ad creditorem ſpectet contra re-
gulam d.l.incendium.C.ſi cer.pet.& ratio huius ſpe-
cialitatis eſt ſecundum ipſum, & ſecundũ moder.in
d.l.quod te.ac etiã in l.ſi paſcenda.C.de pact. propter
pactũ adiectum dationi pecuniæ, ꝙ debitor teneret
cum illa pecunia negotiari,& de lucro inde facto cer
tã illius quãtitatẽ dare.Sed in caſu noſtro pecunia nõ
fuit data, hoc principaliter, & expreſsè acto, ut reci-
piens teneretur negotiari,nec ꝙ de lucro ex negotia-
tione talis pecuniæ faciendo aliquid, ſeu certa quan-
titas lucri pecuniarij dari deberet, ergo caſus illius
text.eſt penitus à caſu noſtro diuerſus. Nec obſtat, ꝙ
in caſu noſtro debebatur lucrũ certũ, ſeu certa quãti-
tas,videlicet duo,uel tria pro quolibet centenario,&
in hoc vr̃ cum caſu d.l.titius.conuenire.nam reſpon-
detur,ꝙ d.l.titius.loquitur, qñ certa quãtitas lucri de-
bebat dari creditori, in caſu uerò noſtro illud lucrũ
debitori debebatur pro remiſſione pecuniæ facien-
da.Pręterea d.l.titius.loquitur de lucro ex negotiatio
ne ultra rẽ, & ultra capitale deducto omni ære alie-
46 no, & qualibet impenſa faciendo, at † in caſu noſtro
id,quod debitori datur pro remiſſione pecuniæ faciẽ-
da,uidelicet duo pro centenario,non debeẽ ut lucrũ,
ſeu pro lucro,ſed pro mercede laboris, & impẽſarũ re-
miſſionis, vt volunt Doct.cõiter, quos ſuperius alle-
gaui,qui tenent cõtractus cãbij eſſe licitos,& non uſu-
rarios,nã id, qđ ſoluitur, ſeu percipitur pro remiſſio-
ne pecuniæ,nõ ſoluitur tanquã lucrũ,ſed pro merce-
de.Rurſus in caſu d.l.titius.vterque,videlicet & credi-
tor,& debitor lucrũ pecuniariũ ex cõuentione capita
cõſequebatur,& percipere poterat, ut ibi eſt caſus. in
caſu aũt noſtro ſolus debitor, qui pecuniã de loco ad
locũ remittere debebat. Et quãuis ex parte creditoris
dantis pecuniã celebraretur ꝯctus cãbij, ut pecunia
ſua ſalua eſſet,& ut tutè, ac ſecurè illã in alio loco de-
ſtinatę ſolutionis habere poſſet,& ſic creditor ex hoc
cõmodũ,& utilitatem percipere diceretur,tñ hoc ex
parte ſua non dicitur lucrũ, ſed potius dãni euitatio
47 quia †per contractum cãbij creditor fit ſecurus, ꝙ pe-
cunia ſibi abſq; periculo in loco deſtinato ſoluetur
& quãuis hoc ei utile eſſe dicatur, & cõmodũ ex hoc
conſequatur, non tamẽ dicitur eſſe lucrũ, ſed damni
euitatio,quæ ſunt diuerſa.l.fi.C. de codicil. iũcta l.
ff.de

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ff.de dam.infect. Lucrū.n. de quo loquitur d.l. titius. capitur pro eo, quod extrinſecus prouenit extra rē, ſal uo capitali, & deducto ex ipſa negotiatione omni dāno, & impenſa, ut in d.l. iuncto §. de illa. Inſt. de ſocie. nobis lucrum, quod fit ex negotiatione, dicitur id, qđ ſupereſt facta cōpenſatione dāni & lucri, ſed cōmodū quod creditor ex cōtractu cambij in caſu noſtro percipit, non eſt huiuſmodi, ſed potius dicitur dāni ratio, ergo clarè cōſtat ꝙ d.l. titius. ad caſum noſtrum allegari non meretur. Adde, ꝙ ſi in caſu d.l. titius periculū pecuniæ ſpectat ad creditorē, & non ad debitorē contra regulā. d.l. incendiū. propter pactum expreſſe, & principaliter adiectū in fauorem creditoris de habendo certā quantitatē lucri ex negotiatione pecuniæ faciendi, ut uolunt moder. poſt Dyn. in d. l. quod ſi in d.l. ſi paſcenda. & Pau. de Caſt. ī d.l. titius. e contrario dicendum erit in caſu noſtro, uidelicet, ꝙ periculum pecuniæ ſit debitoris, nam expreſsè, & principaliter non fuit conuentum ad fauorem creditoris de habendo certam pecuniæ quantitatem de lucro ex negotiatione faciendo, & maximè cum in hoc caſu non fuerit actum, ut cū pecunia negotietur. Nullo itaque pacto tex. ille facit ad caſum noſtrum, nec argumentum in contractu cambij dicendum eſſe. Et hęc ultra reſponſiones in aliis allegationibus datas ſufficiant. ¶ Quòad aliud ſubtiliter p̱ dominū iudicē con ſideratum ad demonſtrandū illos de Coſpis nō fuiſſe in mora, ſed illos de Teſta, dico in primis, ꝙ pro parte dictorum de Teſta ad concludendū, ꝙ periculum pecuniæ perditæ ad illos de Coſpis ſpectauerit, & ſpectet, non fit fundamentū in mora illorū de Coſpis, quia ſi ue ipſi fuerint in mora, ſiue nō, idē dicendū eſt, periculū eſſe eorū, ex quo erant debitores generis, & quātitatis, quoniam genus perire nō pōt, & ideò debitor remanet obligatus ēt poſt periculū, ſiue ipſe fuerit in mora, ſiue non. d.l. incendiū. ibique doct. maximè Sa lic. fatētur oēs in d.l. quod te. & in d.l. ſi ex legati cā. Secuerum uidetur, ꝙ illi de Teſta in caſu nr̄o fuerīt in mora conſtituti, poſito etiam ipſos ante excidiū urbis ſciuiſſe literas ex ciuitate Lugduni fuiſſe directas illis de Coſpis, quibus eis mandabatur, ut pecuniam illis de Teſta in urbe ſoluerent. † Nā illi de Teſta non potuerūt in mora cōſtitui, niſi poſtquā fuit ipſis ab illis de Coſpis per ſuas literas notificatū, & ſignificatum, ꝙ parati erant ſoluere, & ſic à tēpore quo illi de Coſpis mādatum de ſoluendo receperunt, nā antea non fuerūt in aliquo illis de Teſta obligati, ut ſuperius plenè dixi in aliis allegationibus, & uolunt expreſſè docto. cōiter, quos ibi allegaui, maximè Bald. & Salic. in l. pro debito. C. de bon. auct. iud. poſſid. Bar. Pau. de Ca. & alii in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. Quòd autem illi de Coſpis mandatū ad ſoluēdū acceptauerint, & ſic acceperint literas ad eos ex ciuitate Lugduni tranſmiſſas cū effectu ſoluendi, non peruenit ad notitiam illorum de Teſta, niſi die nona Maij mediantibus literis illorū de Coſpis datis, ſeu ſcriptis die 29. Aprilis, ergo ante illud tp̄s diei nonæ Maij ipſi de Teſta non potuerunt in mora cōſtitui, cum prius certò ſcire nō potuerint illos de Coſpis eē debitores ſuos, & poſſe eos ad ſoluendum cogere: ſtant.n. ſimul, ꝙ literæ cum mandato de ſoluēdo alicui fuerint ad mercatorē tranſmiſſæ, & tamen ex hoc ſolum mercator non ſit obligatus ſoluere, quia ita demū mercator eſt obligatus, & ad ſoluendum compelli poteſt, quando ultra quod literæ fuerint ad eum datæ, ipſe etiam mādatum de ſoluendo acceptauerit, ſecundum quod declarant doct. in d.l. pro debito. & in d.l. ſingularia. & ego in aliis allegationibus plenè ſuperius dixi. Quibꝰ ſtantibus, ſequitur, ꝙ illi de Teſta ante excidiū urbis non potuerunt dici in mora conſtituti, cū ſolū poſt excidium ad eos peruenerint literæ illorū de Coſpis, ut ſupra dictum fuit. Et ne longior ſim, eademque ſæpius repetam, ulterius non inſiſto. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Depoſitarius qui etiam ſpontè ſe depoſito obtulit, non tenetur de facto tertii, qui rem depoſitam ſubtraxiße diceretur, ſeu pręſumeretur, quando illius tertii opera non utebatur, & ille tertius fuit exhibitus.*

2 *Aperiens, & reſignans ſcrinia præſumitur ipſe ſubripuiſſe, ſi quid inde ſubreptum fuit.*

3 *Depoſitarius quando de leuiſsima culpa teneatur.*

4 *Auctoritas ſuperioris ab omni culpa excuſat.*

5 *De culpa quando quis teneatur.*

6 *Filius etiam inter uolentes non eſt idoneus teſtis ne ad indicium quidem, & ſemiplenam probationem faciendum, eiusque dictū parenti uon nocet.*

7 *Teſtis unius dictum ut indicium, ac ſemiplenam probationem faciat, quid requiritur.*

8 *Filius contra patrem non eſt idoneus, nec legitimus teſtis.*

9 *De facto alterius ut quis teneatur, quid requiritur.*

10 *Iuramentum in litem ad probandum amiſſionem rerum, earumq; æſtimationem, & quantitatem non defertur contra aliquē, qui ex facto, & dolo alterius teneretur.*

11 *Et quando, & contra quem iuramentum in litem deferatur.*

12 *Iuramentum in litem non habet locum, quando petitur æſtimatio, & quantitas rerum ratione culpæ, uel doli ficti, & præſumpti.*

13 *Beneficio nos adiuuari, non autem decipi oportet.*

EPITOME.

Depoſitarium, qui etiam ſpontè ſe depoſito obtulit, ex facto tertii ad periculum rei depoſitæ ſubtractæ, & contra eum iuramentum in litem præſtari non debere, hic demonſtratur.

CONSILIVM CXCV.

EXCELLENTISSIME domine, ſuper dubiis propoſitis ob tēporis penuriā aliqua breuiter pro ueritate ſcribā ad fauorē magiſtri Maphei, qui poſito, ꝙ ob id, quod ſe depoſito obtulerit, teneatur actione directa ēt ex leuiſſima culpa ſua ad periculū rei depoſitę.

1 l.j. §. ſæpe. ff. depoſi. † non tamen tenetur de facto, & delicto tertij, qui rem depoſitam ſubtraxiſſe diceretur, uel præſumeretur, quando ille tertius eſſet talis, cuius opera depoſitarius non utebatur, nam tunc deponens non contra recipientē rem depoſitā, ſed contra illum tertium agere debet, & maximè quando ille fuit exhibitus, ut eſt tex. in l.1. §. familię. uſque ad fi. ff. de publica. & in l.j. in fi. ff. fur. aduer. nau. Sed in caſu, de quo agitur, ſaltē præſumptiuè apparet, ꝙ alius quā magiſter Mapheus, ſeu aliquis de familia ſua ſubripuit, qm̄ conſtat, qui fuerint illi, qui ſcrinia aperue-

2 rūt, & reſignauerunt, ut in proceſſu, & † iuris præſumptione illi ſubripuiſſe cēſentur, ſi quid inde ſubreptū fuit, ut præſupponunt doct. oēs in l. ſi quando. C. unde ui. in l. unica. ff. furti aduer. nau. ibiq; Bart. & in l.1. §. ſi ciſta. ff. depoſit. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & in c. fi. quod met. cau. ergo non ſumus in caſu, in quo

3 depoſitarius de culpa leuiſſima teneatur, qm̄ † tunc depoſitarius de culpa leuiſſima tenetur, quādo rōne illius culpæ depoſitarii periculū, ſeu damnū ſequutū fuit. d.l.1. §. ſæpe. & ita loquitur Bar. in l. quod nerua. ī 8. q. ff. depoſi. At ī caſu nr̄o ſcrinia, ſeu, ut uulgo dn̄t, fortieria, & conſequenter bona non fuerunt ex aliqua culpa etiā leuiſſima magiſtri Maphei ſubrepta, ergo &c. Officiales enim gabellæ de mandato ſupe-

4 riorum ſcrinia aperuerunt, † quæ auctoritas ſuperioris dictū magiſtrū Mapheū ab omni culpa excuſat, argu. d.l.1. §. ſi pecunia. ff. depoſi. & l. cū dn̄i. cū ibi no. ff. loca. Et ex his videt̄ magiſter Mapheus ſatis excuſari